# Franciſci Calphurnii vindocinenſis Epigrammata.

Proſtant venalia nannetis in edibus Johannis baudouyn artis impreſſorie ſolertiſſimi In vico Carmelitarum.

Del Lic.do Guillen Peraça



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

Coll. Soc. IESV Salm. ex dono Regum.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Nicolai parui belloſanēſis ad probe indolis aduleſcētes Symonē godardū ⁊ Nicolaum caletenſem cōterraneos ſuos de immenſis Franciſci calphurnii vatis celeberri/mi laudibus Carmen elegum:

N Uper ego ingenti phœbum clamore vocabam:
Ut mea compleret muſicus ora furor.
Reſpondit triſti langueſcens pectore phoebus
Cuius parue dei numen amice vocas:
Nulla mihi vatum ſupereſt in vota poteſtas:
Viribus heu fractis exulo:pauper inops.
Egregius vates iſtis calphurnius annis:
Ille regit muſas vatibus ille preeſt.
Mecum certauit:ſed longe verſibus impat
Succubui:potitur viribus ille meis.
Cum muſis thamiras:cum phœbo marſia dudum
Certauit pœnas victus vterqʒ dedit.
Credo equidem humanus non illum ſpiritus implet
Quod duo ſint phoebi credimus alter adeſt.
Alter adeſt multo ſed carmine maior ⁊ arte
Doctior argutis qui reſonare modis.
Hunc igitur iuuenes:hunc implorate poete
Ille regit muſas vatibus ille preeſt.
Infundet veſtris ſinceram mentibus artem
Ingenium vobis cinthius iſte dabit.

(1) b 15925948

¶ Franciſcus calphurnius vidocinēſis reuerēdiſſimū in xpo patrē dominū dñm michaellē boudet lingonēſiū preſulem meritiſſimū necnō bonarū artium amatorē fa/uētiſſimū ſulute quanta poteſt ipertitur:

C Um paulum mecū ipſe reputarē diligentius cui nā hoc ſcriptionū geꝰ. lucubra/tionūqʒ meaꝝ fragmēta iſcribere potiſſimū deberē digniſſime antiſtes:quāq̄ me pudor deterrebat tenuis hoīeʒ muſe atqʒ eruditionis:nō potui tamē hoc quicquid ē libelli cū publicarē:tibi nō cōſecrare :Ut ſtudiū tibi erga te meū volontaſqʒ inoteſcerēt :ac ne nō i oībus tibi(in quo cōfertꝰ dignitatis glorie virtutūqʒ oīm cumulꝰ ſplēdeſcit):no rigerarer. Neqʒ vero mea quidē ſentētia operepciū facerē: niſi ea:qualiacūqʒ ſūt:tibi egregio excellentiqʒ viro īterdo ctos nobiliſſimo/īter nobiliſes doctiſſimo/īter vtroſqʒ opti/mo dedicarē. Proinde meorū vnice ſtudiorū mecenas hec tibi iterū iterumqʒ dedico:Ut hoc argumento vt cumqʒ cognoſcas te a nobis nō amari ſolū: ſed etiā obſeruari coliqʒ atqʒ vt ab īuidorū dētibꝰ tuo veluti ꝑſidio vidicemur.Vale decꝰ religioſorū ⁊ columē eruditorū:meqʒ cōmēdatū habe:

Carolus Tayeus cōmēdat,atqʒ etiā adhortat hoc Tetradecaſtico muſā Calfurniam in lucem exituram.

D A piplea ſacri redolens o grata poete.
Melpomene vitreas bellorophontis aquas.
Et cane dulciloquos elego diſcrimine verſus:
Diuerſum vndeno dans epigrama pede.
Quod mihi cum ſatyris modulans non dannet oreas:
Quod michi ter repetat ter repetendo probet.
Quod decorent veneres:ſalibuſqʒ aſperſa latinis
Alma charis:geminis mixta cupidinibus
Que moueant rigidas numeris vocalibus ornos:
Inſere:que celeres ⁊ remorentur aquas.
Ipſa arabum ſuperant eterna poemata gazas:
Ductaqʒ mygdonias littera vincit opes.
Sola cleoneo mens ſemper adacta labori:
Sedula per clarum facta perennat opus.



VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Franciſci Calphurnii Vindocinenſis ad
eundem Epigramma.

QVem tibi ſacraui facili cape fronte libellum
Preſul apollinea glorificande tuba.
Tedia forte tibi pariet:quia debile carmen
Nil facit ad talem parua camena Virum.
Paucula ſume tamen Veluti maiora:Voluntas
Eſt pro muneribus ſuſcipienda ſuis.n
Sicut in Vndiuago titubans natat equore cymba
Glauca procelloſis cum tumet Vnda notis.
Pulſa ruit borea:fracto temone:caribdis
Forſitan horrendos introitura ſinus.
Sic ego quem Volucri leſit malefida rotatu
Nortia:fallaci cōcomita dolo.
Ad tua confugio:Velut ad ſua tecta columba
Vt ſias menti portus ⁊ aura mee:
O foelix clypo tecum ſi noſtra maneret
Hoſpite non poſſet prouidiore tegi.

Ad Virginem mariam.

CEleſtis regina poli materqꝫ tonantis
Virgo tryumphanti glorificata choro.
Te deus empirea caſtam ſpectauit ab arce
Quando tue ſubiit clauſtra pudica domus.
Ille tuo iacuit thalamo cui delia phœbus
Aer Vulcanus:terra:fretumqꝫ ſubeſt.
Eſto igitur nobis cuſtos.tutelaqꝫ Virgo
Quam timet inferne nigra caterua domus.
Stix:acheron:lethe:phlegeton.cocytus:⁊ omnis
Quam timet horrenda triſtis abiſſus aqua.
Scilicet Vt totum mauors deterruit orbem
Truſit ⁊ iratos ad noua bella duces.
Ecce Volat cecis mors ſeua paludibus:omne
Que tenuit longua ſub ditione genus.
Hinc odioſa fames populo ſuceſſit egenti
Vltima que miſeri meta doloris adeſt.
Quis tot egeſtatum poterit peſſumdare caſus
Ni quo Virginei contumuere ſinus.
Ergo tuum exores natum immaculata grauatos
Vt nos a tanto pondere Virgo leuet.
Spiritus hinc poſtq̄ frigentes miſerit artus
Vet paradiſiace tecta ſubire domus

De immatura morte generoſiſſimi gaſto-
nis de foix Elegidium.

FLebilis in noſtros properes elegeia queſtus
Seuaqꝫ lugubri concine fata ſono.
Vt proba tyndareis hyacinton luget amynclis
Nympha:Vel extinctum laodomia Virum.
Heuheu nam rebus ſemper commota ſecundis
Exiliit ſtigias mors inopina domos.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Exiliit multis luctus factura moleſtos
Nam cecidit iuuenis. tempore mente ſenes.
Jlle erat eximio ſuperum donatus amore
Regaliqꝫ etiam ſanguine ductus erat.
Dum foret hic tumida vix matris tractus ab aluo
Gaudia phebeis inſonuere choris.
Caſtalides nymphe celebres duxere choreas
Cum celeri premeres pollice phebe lyram.
Eurotas helicon/dirce/peneia/phocis
Cihrraqꝫ natali feſta dedere ſuo.
Hic virtutis iter: dextrum callemqꝫ ſequtus
Damnauit paphie noxia furta dee.
Nutriuit dociles iuuenili pectore ſenſus
Cum non trina illi luſtra peracta forent. ⁊
Prohdolor atqꝫ iterum dolor ecce doloris alumna:
Que tenerum iuueni tranſforat enſe latus.
Jnteriit corpus: quid ſpiritus aſtra petiuit
Nam ſceleris nulla labe notatus erat.

Ad precordialem ſuum Theodoricum re/
ginaldum iuris vtriuſqꝫ bacchalariū:

Semper in expanſto leges ſudore volutas
Maxime pars cordis theodorice mei.
Diſcutis illarum nodos aperiſqꝫ latentes
Nulla oculos poſſunt fallere ſcripta tuos.
Tu ceptis inſiſte tuis faueaſqꝫ minerue
Sic fies patrii gloria magna ſoli.
Debet ineſſe frequens labor ⁊ vigilantia iuri
Quod decor ⁊ lucrum quod comitatur honos.

Tacite admonet vnumquemqꝫ debere eſti/
uis caloribus labori inherere vt cum hyems
torpida riguerit tutius domi viuere poſſit.

Aſpera ſurgit hyems: ⁊ florida labitur eſtas
Albet ⁊ in toto cana pruina ſolo.
Lilia depereunt: hyacintus: roſmaris: hortis
Et roſa peſtanis: alchinoiqꝫ nemus.
Jnſurgente notho concreta induruit vnda
Temporis euentus preſcia ſopit auis.
Depoſuit merens cantus philomena ſonoros
Nulla paludoſis rana coaxat aquis.
Septa boues retinent: pauper requieſcit arator
Nil facit ad gelidam vomer aduncus humum.
Non ſemper cancti feruet ſub ſydere tellus
Jpſe etiam egloceros tempora certa regit.
Gaudet hyems requie: gaudetqꝫ laboribus eſtas
Ordine diſtincto tempora queqꝫ fluunt.

De papilione a muſca occiſo vnde innuit
quod aliquando ⁊ ſepius maiores a mino/
ribus ſuperantur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

PApilio muſce bello congreſſus acerbo
Decidit: hec ceſo papilione volat
Sepius inuaſor ſpreto ruit ictus ab hoſte
Nam ſolet in modicis rebus ineſſe vigor

Ad quendam mordaculum penituſqꝫ litte=
rarum expertem qui omnes malefico ſer=
mone irritabat.

DIc aurite tuum que tanta ſuperbia pectus
Erigit: et quanta pectora bile tument.
Tu quoſcunqꝫ potes temerando deprimis auſu
Et lingue exponis libera frena tue.
Si foret hic, criſpa rideres nare cathonem
Quos qꝫ etiam celebres roma creauit auos.
Te tumido extollit ventoſa ſuperbia faſtu
Vt preceps lapſu cum grauiore cadas.
Cum riſu inuigilas alienos carpere mores
Inſpicias vite cognita facta tue.

Narrat quonam pacto canicule ſue latra=
tu (cum ei fures inſidiabantur) a ſomno
excuſſus fuerit.

IAm mea cedebant optato membra ſopori
Atqꝫ oculis furtim repſerat alta quies.
Ecce domus taciti veniunt ad limina fures
Quos vigil extemplo ſenſit adeſſe canis
Indignata fremit variiſqꝫ latratibus inſtat
Sicut in obſcenis ſibilat anguis aquis.
Excutior ſomno: curro tremefactus ad enſem
Clauſaqꝫ diducto ianua vecte patet.
Egredior fugiunt: fugientes perſequor armis
Quoqꝫ domum intrarant exiliere loco.
Mox lectum repeto vigili cane ſaluus ab hoſte
Q̄ torpere pudet: q̄ vigilare bonum eſt.

Dicteria anilia de euentu diei ſancti
pauli.

SI pauli feſto titan rutilauerit ortu
Tota ſit et pulſa nube ſerena dies.
Iacta nouis ſurgent cerealia gramina ſulcis
Atqꝫ vireſcenti fruge comabit humus.
Si nebule pingues media regione morentur
Aeris: et toto bruma ſit atra die.
Inuadent morbi pecudes. armenta peribunt
Atqꝫ etiam paſſim cetera bruta cadent.
Frigida ſi celſo nix precipitetur ab orbe
Defluat et ſubitis turbidus ymber aquis.
Dura nimis rerum populo ſeccedet egeſtas
Atqꝫ aderit multis imperioſa fames:
Si venti eoliis celeres laxentur ab antris
Quorum precipiti flamine cuncta tremunt.
Exiliet caſtris mauors: regeſqꝫ mouebit
Et multis fiet pugna cruenta locis.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Si minus hiis credas nulla damnabere culpa:
Jſta colo indulgens vaticinatur anus.

Ad generoſiſſimum heuſtachium fourre

EVſtachi excipias noſtre noua carmina clios:
Martia terribili qui geris arma manu.
Scipiadas bello ſuperas: fortemqz darium:
Namqz tuum ſequeris nobilitate genus.
Num tua crudeles deterruit ira ſueuos:
Auſonis ora quibus ſanguinolenta manet.
Num duce te francus ſpoliis ditatus opimis.
Gallica deuictis hoſtibus arua petit:
Te niſi magnanimum fatali vulneret ictu.
Ante immaturos parca ſeuera dies:
Facide vires: pugnacis ⁊ hectoris auſus:
Herculeumqz loquax fama ſilebit opus:
Trans tepidas gangis tua fama vagabitur vndas:
Transquoqz phrixei littora vaſta ſali.
Quid magis: herculee noſcent tua nomina gades
Noſcet ⁊ eous: noſcet ⁊ heſperius.

Ad quendem bonarum artium
contemptorem

DOcta parens rerum forme natura decorem
Atqz tibi dederat ſufficienter opes.
Attamen es ſorbo ſimilis quod nutrit amarum
Cortice formoſo: purpureoqz habitu.

Tu veluti muro depicta moraris ymago:
Namqz nichil ſenſus vel nichil artis habes.

Exhortatio ad iuuenes ſuper
interpretatione lucani: .:.

ACcelera hypanum viſura iuueta poetam:
Quem celebres inter corduba iactat auos:
Jſte canit triſtes pompei ⁊ ceſaris auſus:
Geſtaqz ciuili pharſala bella manu:
Si tibi quicquid alit diues panchaia tellus.
Et foret auriſoni puſtula flaua tagi.
Vel quod habet cadmea tyros: vel opima chorintus
Vel quod erithrei voluit arena ſali.
Non tartheſſiacus qua frondet harundine bethis:
Nec te mygdonio ditior orbe foret.
Que tamen hic terſo tibi concinit ore poeta:
Dona tibi multo fertiliora gerent.
Non igitur damnoſa tuos ignauia ſenſus:
Occupet: aſt operi ſit tibi prompta manus.

Ad eruditiſſimum magiſtrum
Nicolaum petit.

TYtirus accedat calamos mihi preſtet: ⁊ orpheus
Plecta lyre celeres que remorentur aquas.
Tunc nitar ſtudii cultus dictare venuſtos:
Senſibus herentes o philomuſe tuis.



VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Namq; helicona ſacrum: dircenq; relinquat apollo
Tutela aoniis ſacra deabus eris.
Nulla tuum nomen delebit temporis etas
Quamuis fatidice ſecula vatis agas.

Ad dilectiſſimum comitem ſuum litteratiſſimumq;
Magiſtrum Johannem chauuelim.

Dilexit ſocium ſubeuntem tartara theſeus
Dilexit comitem theſea pyrithous.
Dilexit grauius validum patroclus achillem
Et phoebi rutilans endimiona ſoror.
Sic amo te: pariter tu me: ledea propago.
Non poterat vinclo feruidiore capi.
Triſtia liuentis fugias diuortia lingue
Ni vetus hac noſter diſſocietur amor.

Ad prudentiſſimum pariſiorum
Locum tenentem criminalem.

Quicquid habent ſacri congeſta volumina iuris
Et ſophie calles dogmata ſancta dee:
Equali dirimis lites et iurgia lance
Quoſq; odium torquet conciliare ſoles.
Nulla tuos ledunt liuoris ſpicula ſenſus
Nulla tuum rodit pectus auaricia.
Fraudibus excluſis omni pulſoq; fauore
Tu recte impoſito fungeris officio.

Quodammodo auarum arguit vt illum a
tenacitate detorqueat.

Quis te tantus amor miſerum diſtraxit habendi
Que ve tuum pectus triſtis erynis agit.
Jam tibi pes heret tumulo: fatumq; minatur
Jamq; tuum corpus cana ſenecta premit.
Non tamen exacte commutas tempora vite
Tempora forte animo deteriora tuo.
Tu cumulos cumulis atq; aurum congeris auro
Magnus vt adductas ebibit amnis aquas.
An ne tuus credis te ducat ad ethera cenſus
An ne illo ſemper concomitatus eris?
Forte putas aurum tumulo poſt funera claudi
Non. ſolum pheretro putre cadauer eris.
Forte putas auro fieri exorabile fatum
Non: omnes ſimili conditione premit.
Heu reſpice parum: vultus terreq; reflexos.
Erige: ſydeream conſpiciaſq; domum.
Ceſſet auara ſitis (craſſo quid profuit aurum)
Non eſt terrenis aſſociandus amor.

Facete amico ſuo magiſtro Laurentio fabro
de eius nominis ortu ac deductione alludit.

Unde tuum ſcateat laurenti nomen et ortus
Nolenti nondum cognita cauſa michi eſt.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Forte niſi dederit laurentia alūna quirini.
Nomen: auentino commemorata iugo.
Aut te laurigere lauru cinxere ſorores:
Que viret ortigio ſemper amata duci.
Vltima perplexos erroris opinio ſenſus
Explicat: hac ductum virgine nomen habes.

Ad generoſiſſimum ac eruditiſſimum
Linguonenſium preſulem. .:.

MArtia quid tetricos extollit roma cathones:
Quid de meletheum grecia iactat opus.
Quid tarteſſiacum ſublimat corduba vatem:
Qui canit heroa pharſala bella tuba.
Hiis cum noſtra viro maiore ſuperbiat etas
Cui ſonat electis lingua diſerta modis.
Hic eſt lingonice ſolers cuſtodia gentis
Preſul et excellens relligionis apex:
Huic data totius lingue eſt tutela latine:
Sunt qȝ ſua latii ſub ditione chori:
Typhis vt emoniam direxit iaſonis argon:
Cum peteret ſiticas graia iuuenta domos:
Sic ratis illius mea dulci fluctuat aura:
Que zephiro nobis mitior eſſe ſolet.

Ad eundem

Vt tremebunda maris vitare pericula dicunt.
Sidereo tyrias arcthophilace rates.
Clara tue antiſtes ſic exemplaria vite
Errantes redigunt ad loca tuta viros.

Ad nobilem ac religioſiſſimum cluniacenſis necnon
ſctī Dioniſii cenobii apd frãcos abbatē meritiſſimū

VIx generoſe tuas nature promere dotes
Audeo: nam duplici nobilitate nites.
Scilicet es patrio productus nobilis ortu
Vita pudica tibi eſt altera nobilitas.
Ditia ſpreuiſti phrygio patrimonia luxu
Vt clauſus ſtricta religione fores
Celica terrenis preponens munera rebus
Prequiris faciles iuſtus ad aſtra vias

De obitu florentii de alemanis in
Epiſcopum pictauenſem electi.

ELEGIA

TRiſte nouem latie fatum lugete ſorores
Sumite depoſitis vellera pulla iocis
Lugeat et daphne que circum phocidis vndas
Fragrat odoratis tempus in omne comis.
Areſcant rigui fontes curſuſqȝ morentur
Queqȝ rigant celebres flumina ſancta choros.
Nam cecidit noſtri ſpeculum florentius eui
Cui non flux a parem ſecla tulere virum.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dum mecum illius mores Vitamqꝫ reuoluo
  Lumina noſtra ſuis imbribus ora rigant.
Nanqꝫ omnes moriens Virtutes traxit ad orbem.
  Stelliferum:iuſtis quo datur alma quies.
Illius occaſu gemitus armenta dederunt:
  Et niger inductis nubibus ether erat.
Tinnitus Volucres tenui preſſere ſuſurro:
  Atqꝫ rudes illum congemuere fere.
Res miranda: meum nec pingit fabula carmen:
  Sed que nota michi geſta fuere loquor:
Scilicet Vt ſacro templi fuit abditus antro:
  Et tegeret poſitum foſſa cadauer humus
Hoc ſuper eſt audita canis producere queſtus:
  Atqꝫ ſolum Viſa eſt diſoluiſſe pede.
Illa ſuu:n credens dominum reuocare iacentem:
  Latrat;ꝗ enectum Voce mouere putat.
Quo magis a lachrimis mundus ceſſare recuſſet:
  Bellua luctiſici ſigna doloris agit:
Hunc igitur fletu modo pict.nis ora litabit:
  Interitum cuius queqꝫ animata gemunt.
Non dilecta magis nyobeſua pignora fleuit:
  Pignora phebea que cecidere manu:
Hec magis atrides graie moderator habene
  Condoluit raptus tyndari pulchra tuos.

Non tantis idea choros eſt Viſa querelis
  Cum caderet phrigii nobilis aula ducis.
Aut male quando fuit Validus neptunia circum
  Hector achileis pergama raptus equis.
Quid loquor:ille fuit toto florentius orbe
  Cognitus:occiduo carpathioqꝫ mari
Hunc cognouit arabs:garamas:ꝗ inoſpita tille
  Quiqꝫ bibit tepidas diſcolor indus aquas.
Illius terris non ſolum cognita Virtus
  Illa ſed ardenti notior orbe manet.

Conqueritur paſtoralis iuuencula nemeſis dicta ob ruptum ab amico ſuo lucido ſociale fedus.

Nunc Vbi paſtorum ludi:ſolatia riſus
  Et contexta nouo ceſpite ſerta Virent
Nunc defeſſa quibus rugiunt armenta ſub Vmbris
  Nunc Vbi feſtino ducta peleſtra pede.
An ſacra paſtorum cecidit tutela:Vel ille
  Qui cecinit reſonis daphnis arundinibus.
Nunc Vbi grata pales:Vbi noſtra es lucide flāma
  An tibi ſint iſto tedia facta loco.
Que tibi cauſa fuge:qua nunc regione moraris
  Dic Vbi ſunt nemeſi ſedera pacta tue.

C

An noſtre preceps te lingue leſerit error
Neſcio: mens dubiis anxia noſtra manet.
Hac ratione gregem maiora in paſcua trudis
Paſcua natiuo fertiliora ſolo.
Lucide ſiſte pedem noſtri pars maxima cordis
E celeres deduc nota per arua gradus.
Hic mecum inuenies (noſter non fabula ſermo)
Impletura tuum paſcua lata gregem.
Ceſpite frondet humus: tenui ſcatet vnda meatu
Quo parit herboſas humida terra comas.
Hic vmbre: hic auium cantus: voceſqz ſonore
Hic gemit odriſium cecropis ales ithym.
Quid petis his maius quibus eſt gauiſus apollo
Diues amet gazas: paſtor egenus agros

Hic duo ponuntur interloqutores
ſcilicet chriſtus et Viator.

Viator — Criſtus — Viator

DIc quis es hic pedes: ſum chriſtus: vnde parentes

Criſtus.

Virgo michi genitrix et pater ipſe deus.

Viator — Criſtus

Heu quid agis pie chriſte: tuos ego porto dolores
Et mea mors multis vita perennis erit:

Viator — Criſtus

Vnde cruentaris: iudei ſunt fera cetus

Viator — Criſtus

Verbera: que cauſa eſt: liuor: auaritia.

Viator

Tam ſeuos genitor quid non vlciſcitur actus

Criſtus

Ille ſibi aduerſos conciliare ſolet.

Viator

Quis tecum poterit ſedes habitare quietas.

Criſtus

Qui mandata mei ſeruat honora patris.

Viator — Chriſtus

Hec michi pende precor: ſceleratos effuge mores:
Atqz vnum toto dilige corde deum.

Ad ſanctum Vincentium

ALme coruſcanti qui glorificaris in arce
Martir: celicolas inter habende patres.
Ecce meis demon poſuit tentoria caſtris:
Aggrediturqz meas nocte dieqz fores.
Et velut ignaro lupus inſidiatur ouili
Cum tenebre exallant noctis ab oceano.
Sic animā triſti ſubmergere nititur orco.
Et dare vermifere debile corpus humo.
Ledor achilleo multo crudelius hoſte:
Nam mens illeſa ſaucia carne rubet:
Que medicina meum poterit lenire dolorem:
Quis michi philirides aut epidaurus erit.
Tu michi ſolus eris: medico tibi fidimus vni.
Eſt medicaminibus plaga leuanda tuis.
Inde tuas ſacris ſpargemus odoribus aras
Figemuſqz tuis cerea liba tholis.

Facete ludit qua ratione guielmus quidem normānorum dux ab anglis ferreis cathenis poſt mortem in vltionem ſtragis quam illis prius intulerat victus fuerit.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Gens normana fuit quondā moderata guielmo:
Principe:quo multum neuſtria laudis habet.
Iſte potens anglum franco tyrone rebellem
Preſſit:Ut innumera ſtrage ruberet humus:
Traxit in imperium regnum regniqꝫ priores
Et ceſſit valido terra britanna duci.
Attamen exhauſtis poſt martia bella triumphis
Deficit optatum(prohdolor)ante diem.
Illius effigies duro fuit edita ſaxo
Et templi ſacras ponitur ante fores.
Illa erat inſtabilis:quia venti pulſa flabello
Corruit:⁊ multos(cum cadit)ipſa necat.
Hunc angli triſtem caſum doluere:feruntur
Ulturi indignum ſic memoraſſe nephas.
Hic nos dum vixit poſt ⁊ ſua fata trucidat
Vita fuit nobis triſtis:et interitus
Mox vinclis ſtringere ducem ferriqꝫ cathena
Gloria vindicte ſola cathena fuit.

Ad iodocum aſcentium pariſiorum
academie bibliopolam fecundiſſimum.

Non eſt cecropiis te doctior alter athenis:
Non antiqua tibi ſecla tulere parem.
Vix cunis extractus eras et ab vbere raptus
Lingua nec officio vix erat apta ſuo.

Cum tibi caſtalie iuueni riſere ſorores
Quiſqꝫ ſacro niueum pectine tangit ebur.

Ad ſolertiſſimum elimatiſſimumqꝫ lingue latine
apolinem Lingonenſium preſulem.

Sicut arioneum piſces delphina ſequuntur
Aut veluti ſolitum conflua doris iter.
Sic ſancta aſtree ſequeris veſtigia nymphe
Que tibi felices prebet ad aſtra gradus
Protegis illius deuotis lingones armis
Rite ſuum paſtor debet amare gregem.

Ad quendam

Ipſa reuiuiſcat ſeruabitur inachis argo
Lumineo geminas qui gerit orbe faces.

Ad amicum ſuum Johannem
de marnef academie pariſienſis
bibliopolam famatiſſimum.

Non magis vrbs forti debet romana camillo
Qui gallo raptas hoſte redemit opes.
Quam tibi pharrhiſie florens academia gentis
Te quia amatorem dictitat illa ſuum.
Tu rubiginco corroſa volumina morſu
Clarificas veterem depoſitura ſitum
Eſt augenda tuo nimium republica cultu.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dum tibi cum eos protrahat aura dies.

Ad vigilantiſſimum epiſcopum lingonē ſem.

VT liquido volucres ſuperat iouis ales in orbe
Clarior eſtqꝫ aliis delia ſideribus
Sic tu quem fouit probitas:⁊ maſcula virtus
Preteritos ſuperas religioue patres·

A magiſtrum noſtrum petrum
tempeſte montis acuti colegii
moderatorem vigilantiſſimum.

CLara diu tecum virtus habitacula traxit
Petre:ſerenata que tibi fronte fauet.
Quos tibi monſtrarit calles:illamqꝫ ſequaris
Non ſocia poſſes hac meliore regi.

Ad Karilephum ſuum.

INſpice ceſarei fecunda volumina iuris
Et memora effluxos o karilephe dies.

Ad iohannem bonio

ES bonus es bonio vere bonitatis alumnus
Suntqꝫ boni mores ⁊ bona fama tibi.
Quid bonitate tua queris felicius:auro
Atqꝫ opibus phrigiis:eſt melior bonitas.

Ad carolum tayeum artis poetices
profeſſorem ſtudioſiſſimum.

HOra velut roſeo tenuat pallantias ortu
Omnia diffuſis aſtra minora comis
Sic diuicta iacent ceduntqꝫ poemate vatum
Dum canis aonii krole cymba lacus.
Non redolente tymo ſpirantia teſſala tempe
Nec tantum aſſyrii nardus odoris habet.
Quantum ſacra gerunt ſacri tua verba leporis
Pheboeum credo pectore numen habes.

Nicolai parui beſolanenſis ad Johannē crucium
preclaris cū forme tum ingenii dotibus praeditū
Carmen elegum.

MOrtua quod reduces veniant in corpora forme
Commemorant ſamii dicta probata ſenis.
Franciſcus probat hoc naſo calphurnius alter
Ingenium tanti nobile vatis habens:
Non minor eſt illo:maiorem dicere poſſum
Oppoſitum: nemo diceret:omnis idem.
Non bibit huc rediens lethei obliuia fontis
Oblitus nichil eſt:ars vetus ergo manet.
Ars vetus ergo manet:ſed multos aucta per annos
Multiplici rerum cognitione fuit.
Non minor eſt :ergo tam clarum ſuſcipe vatem
Quem ſulmo gelidis poſtulat uber aquis.

FINIS

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES